



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 31. Venetiis constringuntur Inquisitio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

mam ut Nuncium suum obviam ire jussit. Sæcul. XIV.  
 Tum eundem misit ad Stephanum Ra- A. C. 1356.  
 sciæ Regem, qui se a Græcorum schis- Rayn. 1354.  
 mate ad Romanam Ecclesiam transitu n. 28. 29.  
 rum Papæ per Legatos indicaverat: ut  
 docet hujus responsio 24 Dec. anno 1354  
 data. Et quia hæc legatio Imperatoris  
 ac Regis intererat, poscebatque illustrem  
 Præfulem; Innocentius Thomam Paæten- Sicil. sat. 10.  
 sem in Sicilia Episcopum declaravit per p. 402.  
 diploma 16 Nov. eodem anno scriptum. Boll. p. 998.  
 Hic operam lusit apud Serviæ Regem, vit. Ius. p. 347.  
 qui se ad Papam non verterat nisi ob spem  
 auxilii contra Regem Hungariæ. Cæ-  
 terum fortè animum exhibuit Thomas,  
 dum recusabat osculari pedem Regis,  
 ac spernebat præceptum, quo is subje-  
 ctos sibi vetuit adesse Legati sacrificio,  
 alioquin oculis privandos. Dein ad Ve- c. 4. Boll.  
 netos & Ludovicum Hungariæ Regem  
 missus est Thomas: verum res e sen-  
 tentia non successit. Talis erat Paæta-  
 rum Episcopus, quando Constantinopo-  
 lim legabatur.

### §. XXXI.

#### *Venetiis constringitur Inquisitio.*

Michaël Pisanius ex Ordine Prædica- Vad. 1356.  
 torum Inquisitor Venetus aliquot n. 12.  
 Judæos remisso fidei catholicæ, quam  
 diu professi erant, nuncio etiam hæreses

K 2

ample-

**Sæcul. XIV.** amplexos carceri addixerat. Obstabant  
**A.C. 1256.** ministri quidam Ducis Joannis Gradonici:

& correptos Inquisitoris domesticos omnes quæstioni subjiciebant, eos, cum hæreticos illos comprehendenderent, de ipsorum bonis aliquid occupasse causati.

**n. 13. 14. &c.** Inquisitor id Papæ conquestus est: qui Ducem per litteras i Maji anno 1356 scriptas oravit, ut ne impediret exercitium inquisitionis, quæ potius adjuvanda esset. At cum res duceretur longius, Michaël, ut eam urgeret, Avenionem ipse petiit. Vita interim functo Duci Gradonico Joannes Delfinus successerat: cui Papa per epistolam 17 Sept. eodem anno datam gratias egit pro præsidio, quod Inquisitori Michaël Pisano ferret: quod indicat, jam sublatam fuisse controversiam.

### §. XXXII.

*Bertholdus hæreticus Spiræ concrematur.*

**Spiræ** Inquisitores jusserunt capi Bertholdum quendam spargentem hos erores: Christus in suis cruciatibus se sensit a Patre suo ita derelictum, ut valde ambigeret, utrum anima sua obtineret salutem perpetuam, an damnaretur. In eodem statu ob doloris vehementiam male precatus est sanctæ Virgini Matri suæ,

**Chr. Hirf.**  
**20.2. p. 231.**